eſſe fingentes illud castrum undique de
vastatum in periculum animarum
et corporum vituperium et provin_
cie tote non modicam lesionem.
Florentini vero pariter condolentes
quoniam ad guerram trahebantur,
inviti ad evitandam infamiam
si obiceretur quod in requisitis se
nensibus insurgerent contra eos.
Scripserant eis in hunc modum.
Honorabili salutatione premiſſa.
Licet imperatoria maiestas me_
rum habet imperium lege soluta
tamen legibus vivens non occupat
aliena ne legem frangens reproba
iudicetur alios compellens legibus
obedire. Expedit itaque quemque
metu legum honeste vivere alte_
rum non ledere ius suum unicui
que tribuere ut cum fuerit opus
frustra non poſſit legis auxilium
invocare. Cum igitur rem novam
et prorsus non rationabilem sitis
agreſſi. Castrum Montempulcianum